P. 653.

[illegible]

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

# INDEX
# SCHOLARVM AESTIVARVM

PVBLICE ET PRIVATIM

IN

# VNIVERSITATE LITTERARVM IENENSI

INDE A DIE XVI M. APRILIS VSQVE AD DIEM I M. SEPT. A. MDCCCLV

HABENDARVM

AVCTORITATE

PRORECTORIS MAGNIFICI

CAROLI AVGVSTI HASII

THEOLOGIAE DOCTORIS ET PROFESSORIS P. O.

ET

SENATVS ACADEMICI

EDITVS.

---

PRAEMISSVM EST

*C. GOETTLINGII COMMENTARIOLVM DE ARISTOTELIS POLITICORVM LOCO (II, 3).*

---

IENAE

PROSTAT IN LIBRARIA BRANIANA.

879
D656 goet 10

Saepe admiratus ſum Ariſtotelis erga magiſtrum ſuum, Platonem, pietatem ſummam, quam poſtremo depoſuiſſe Stagiritem multi fuerunt qui opinarentur. Cuius rei ne unum quidem exemplum proferunt quod aequo homini ſatisfaciat; in Politicis enim, quae ſunt in poſtremis Ariſtotelis libris habenda, tam pie, tam clementer ac moderate, tam admirabundus iudicavit de praeclariſſimis Platonis libris qui ſunt de republica et de legibus, ut ingratum eum fuiſſe diſcipulum ii tantum contendere poſſint qui virum prorſus ignorant.

Sic enim ille II, 3. de Socrate vel perſonato Platone: *Τὸ μὲν οὖν περιττὸν ἔχουσι πάντες οἱ τοῦ Σωκράτους λόγοι, καὶ τὸ κομψὸν καὶ τὸ καινοτόμον καὶ τὸ ζητητικόν· καλῶς δὲ πάντα ἴσως χαλεπόν.* Agnoſcit igitur in Platone *τὸ περιττόν* i. e. ingenium ceterorum hominum ingenio longe ſuperius, quo multis videbatur mente incitatus eſſe Plato, *τὸ κομψόν* i. e. comptam pulchritudinem ſeu elegantiam, *τὸ καινοτόμον* i. e. ſummum acumen, quo quaſi *avia Pieridum loca* peragrare conatur, *τὸ ζητητικόν* i. e. ſubtilitatem atque in indagando profunditatem. Quibus ſi poſtea addit: *καλῶς δὲ πάντα ἴσως χαλεπόν*, tam modeſte id addit nihil ut fingi amabilius poſſit. Hoc enim ſi eſt vituperium pertinet id ad humanum genus univerſum non ad Platonem ſolum; notum eſt enim antiquum proverbium *χαλεπὰ τὰ καλά*, de quo egregie ipſe agit Plato Protag. p. 339.

In leniſſimis autem vituperiis, quibus in Legibus Platonis diiudicandis utitur Ariſtoteles, habendum eſt iudicium de electione Senatus,

quem ſuae reipublicae optavit ille (Legg. VI, 5. p. 756 HSt.). Habet autem ita:

*Ὀλιγαρχικὴν δὲ ποιεῖ καὶ τὴν τῆς Βουλῆς αἵρεσιν· αἱροῦνται μὲν γὰρ πάντες ἐπάναγκες, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρώτου τιμήματος· εἶτα πάλιν ἴσους ἐκ τοῦ δευτέρου, εἶτ' ἐκ τῶν τρίτων· πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες ἦν τοῖς ἐκ τῶν τρίτων ἢ τετάρτων· ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου τῶν τετάρτων μόνοις ἐπάναγκες τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς δευτέροις· εἶτ' ἐκ τούτων ἴσον ἀφ' ἑκάστου τιμήματος ἀποδεῖξαί φησι δεῖν ἀριθμόν. Ἔσονται δὲ πλείους οἱ ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων καὶ βελτίους διὰ τὸ ἐνίους μὴ αἱρεῖσθαι τῶν δημοτικῶν, διὰ τὸ μὴ ἐπάναγκες.*

Senatus autem platonicus eſt CCCLX virorum. Eliguntur igitur ex quattuor cenſus claſſibus ita, ut primo die ſinguli quique cives omnium claſſium ex prima claſſe XC viros eligant. Qui non elegerit ei mulcta irrogatur. Altero die idem factum de ſecunda claſſe. Tertio die eodem modo de tertia claſſe, ſed ita tamen, ut ſi qui quartae claſſis cives noluiſſent legere, non eſſet mulcta vetitum. Quarta die item factum de ultima claſſe, ſed ita, ut nec tertiae nec quartae claſſis civibus neceſſario eligendum eſſet. His enim mulcta non irrogabatur ſed civibus primae et ſecundae claſſis ſi non legiſſent. Ex tanta multitudine electorum ex unaquaque claſſe denuo eligebantur ab omnibus CLXXX, e quibus tandem dimidia pars ſorte ducta eſt.

Quodſi quis comparaverit cum contextu ariſtotelio, quem ſecundum Bekkeri editionem (p. 1266. a. 14) commodum appoſui, extemplo ſentiet magnam labem contraxiſſe verba philoſophi. Nam ut nunc leguntur (etiam in editione Francogalli Barthélemy-St. Hilaire, qui ſategiſſe ſibi viſus eſt ſi dixiſſet: Ariſtote n'en donne ici qu'un extrait fort court et *très-peu clair*) non poſſunt ullo modo intelligi. Tam perverſi ſunt numeri ut audire tibi videaris ſagam Goethianam:

Aus fünf und ſechs,
So ſagt die Hex',
Mach ſieben und acht,
So iſt's vollbracht;
Und neun iſt eins
Und zehn iſt keins,
Das iſt das Hexen-Einmal-Eins.

Igitur quum primum edebam Ariſtotelis Politica inquinatum locum ſic conatus ſum integritati ſuae reſtituere ut ſcriberem: *πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες πλὴν τοῖς ἐκ τῶν τριῶν* [deletis quae poſt inſequuntur *ἢ τετάρτων*], *ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου τῶν τεττάρων* (ſc. *τιμημάτων*) *μόνοις ἐπάναγκες τοῖς πρώτοις καὶ δευτέροις*. Atque hoc adoptaverat A. Stahrius: tamen nunc, quum in eo ſum ut denuo edam librum Ariſtotelis, minus placet quod olim conieci propterea quod ſi ſcripſeris *πλὴν ἐκ τῶν τριῶν* Ariſtoteles videretur paullo obſcurius indicaſſe tres priores claſſes quod non ita facile intelligitur, quum antea primam claſſem dixerit *τοὺς πρώτους*, ſecundam *τοὺς δευτέρους*. Etiam illud *ἀλλά* quod legitur ante *ἐκ τοῦ πρώτου τιμήματος* tam nude poſitum oppoſitionem in ſe continet non ſatis explicabilem; neque *πλήν* poſt pauca verba repetitum placet. Quare nunc mihi ſic ſcribendus eſſe videtur totus locus: *αἱροῦνται μὲν γὰρ πάντες ἐπάναγκες, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρώτου πρῶτον τιμήματος· εἶτα πάλιν ἴσους ἐκ τοῦ δευτέρου, εἶτ' ἐκ τῶν τρίτων. πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες ἢ τοῖς ἐκ τῶν τριῶν τιμημάτων, ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου τῶν τιμημάτων μόνοις ἐπάναγκες τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς δευτέροις*. Ac primum quidem *πρῶτον* illud quod inſerui poſt *πρώτου* quam facile potuerit excidere propter antecedens vocabulum non opus eſt ut uberius exponam; facit autem legitimam illam *ἀλλά* particulae oppoſitionem, quam ſi non ſtatuendam eſſe iudicaveris *ἀλλά* etiam delere debebis; deinde illud *ἣν* quod in codicibus legitur poſt *πλὴν οὐ*

*πᾶσιν ἐπάναγκες* non ſatis aptum eſſe quivis videt; ferremus, ſi ipſa reſpublica Platonica alicubi terrarum vere condita fuiſſet et introducta, nunc autem ne ita quidem poteſt intelligi, ut cenſeamus Ariſtotelem uſum eſſe imperfecto verbi ſubſtantivi ſignificatione praeſentis; ſatis enim mihi videor ad Ariſtotelis Oeconom. p. 76 demonſtraſſe *ἦν* illud, ſi modo videretur dictum eſſe pro *ἐστί*, nihil aliud ſignificare poſſe quam *et erat olim et nunc eſt*, quod item alienum eſt ab loco Ariſtotelis. Quare nunc corrigendum eſſe putavi *ἤ* pro *ἦν*; dictum id eſt propter *πλήν*, quod antecedit, de quo v. Ariſtoph. Nubb. 361. *πλὴν ἢ Προδίκῳ* et 734. *οὐδέν γε πλὴν ἢ τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ.* Sic etiam Plato Apol. p. 42. *ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ.* Poſtea ſcripſi *τῶν τριῶν τιμημάτων* pro *τῶν τρίτων ἢ τετάρτων* quod nemo intelligit; ad id autem corrigendum quaſi manu ducimur ipſis Platonis verbis *ἐπάναγκες δὲ εἶναι τοῖς τῶν τριῶν τιμημάτων*: atque hoc ſemel vitio apud Ariſtotelem deleto ſponte patet etiam in ſequentibus pro *τοῦ τετάρτου τῶν τετάρτων* corrigendum eſſe *τοῦ τετάρτου τῶν τιμημάτων*: utrumque enim in utroque loco vitium *τετάρτων* ex eodem fonte derivandum eſt. Licebit igitur totum locum ita convertere latine.

Oligarchica eſt etiam Senatus electio. Omnes enim cives eligunt quidem, ſed primo die ex prima claſſe cenſus, altero deinde die aequalem numerum ex altera claſſe, tum ex tertia claſſe, ita tamen ut non omnibus eligendum ſit ſed tribus tantum prioribus claſſibus; ex quarta denique claſſe neceſſario tantum eligendum eſt primae et ſecundae claſſi. Quod ſi factum eſt, aequalem numerum ſenatorum ex unaquaque claſſe conſtituendum eſſe dicit. Erit itaque maior meliorque pars eligentium eorum qui in prima et ſecunda claſſe ſunt propterea quod infimis claſſibus non neceſſario iniunctum eſt negotium eligendi.

# LECTIONES

## I. ORDINIS THEOLOGORUM

### 1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

ANDR. THEOPH. HOFFMANN, D. *privatim* 1) *Hiſtoriam librorum ſacr. Veteris Teſt. et canonicorum et apocryphorum* (vulgo *Introductionem in Vet. Teſt.* nominatam) tradet VI dd. hor. VI mat. et 2) *Vaticinia Ieſaiae* interpretabitur ſexies per hebdomadem hora VII. *Publice* autem a) *linguae Sanſcritanae elementa* exponet *Boppio* duce (Grammat. minor. ed. II) II dd. poſt definiendis et b) *Hitopadeſam* profectioribus Indicae antiquitatis diſcipulis explicabit bis per hebdomadem hora auditoribus commoda. Neque deerit, ſi quis in ſcriptoribus *Syriacis* legendis exerceri voluerit. *Seminarii* denique *theologici exercitationibus* una cum collegis S. V. ſolito more praeeſſe perget.

CAROLUS AUGUSTUS HASE, D. *privatim* hora X dd. ſenis *Hiſtoriae eccleſiaſticae partem priorem* enarrabit duce libro ſuo: *Kirchengeſchichte*, 7. *Aufl. Leipzig* 1854; *publice* horis veſp. VIII et IX die Iovis *Seminarii theologici exercitationes* una cum collegis S. VV. moderari perget.

IO. CAR. EDUARD. SCHWARZ, D. *privatim* 1) diebus Lunae, Martis et Mercurii hora XI—XII *Artem catecheticam* et *Theologiam paſtoralem* tradet; 2) diebus Iovis et Veneris eadem hora *Selecta V. et N. T. capita in uſum homileticum* interpretabitur. *Publice conventus Seminarii homiletici* die Mercurii hora XII, *cate-*

*chetici* die Saturni hora XI moderari perget, ita quidem ut cum illis *exercitationes liturgicae* coniungantur.

LEOPOLDUS IMMANUEL RÜCKERT, D. *privatim* 1) *Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes, Galatas, Corinthios* illuſtrabit ſenis dd. hora VIII; 2) *Theologiam eccleſiaſticam* (ſymbolico-polemicam, *evangeliſche Kirchentheologie*) pertractabit, quin. vel ſenis dd. hor. IX. Praeterea *Seminarii theologici* exercitationibus praeeſſe perget una cum collegis VV. S. VV.

CAROL. LUDOV. WILIBALDUS GRIMM, D. *privatim* 1) curſum interpretationis N. T. denuo auſpicaturus *evangelia Matthaei, Marci Lucaeque* interpretabitur ſexies p. h. hor. VIII—IX binisque diebus hora II—III; 2) *Encyclopaediam et Methodologiam theologicam* tradet quinquies hora XI—XII.

### 2. PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

ADOLPHUS HILGENFELD, Lic. Th. D. Ph., *privatim* 1) *Evangelia Matthaei, Marci, Lucae* quotidie interpretabitur hora VIII; 2) *Dogmatum hiſtoriam* chriſtianorum enarrabit quinquies per hebd. h. III.

### 3. PRIVATIM DOCENTIS.

CAROLUS ALBERTUS VOGEL, Lic. Th. D. Ph. enarrabit 1) *privatim Sciagraphiam hiſtoriae eccleſiaſticae* quater p. hebd. h. X—XI et 2) *gratis Hiſtoriam monachatus* ter per hebdomadem h. IV—V. 3) *Privatiſſime* ſed *gratis Iohannis Chryſoſtomi librum de ſacerdotio* cum commilitonibus interpretabitur horis binis poſthac definiendis.

---

## II. ORDINIS IURECONSULTORUM

### 1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

CAR. IUL. GUYET, D. 1) *Doctrinam proceſſus civilis german. commun.* duce *Martino*, quotidie hora XI—XII et bis hora XII—I explicabit; 2) *Exercitationes proceſſuales* ter per hebd. dieb. Lunae, Mercurii et Veneris hor. XII—I inſtituet.

A. L. I. MICHELSEN, D. docebit *publice* dieb. Lunae, Martis et Mercurii *Ius gentium Europ.* hora IX—X; *privatim* quotidie *Ius Germanicum privatum* hor. VIII—IX; *Ius feudale* diebus Iovis et Veneris hora IX—X.

AEMIL. HENR. AUG. DANZ, D. *privatim* explicabit *Hiſtoriam iuris Romani* quinquies p. h. hora IX—X ſecundum librum ſuum: *Lehrbuch der Geſchichte des römiſchen Rechts.*

HENR. LUDEN, D. *privatim* 1) *Ius germanicum privatum et feudale* ſenis diebus hor. VIII—IX docebit; 2) *Ius criminale commune et particulare* ſexies p. hebd. hor. VII—VIII explicabit.

BURCARD. GUILIELMUS LEIST, D. *privatim* docebit 1) *Ius hereditarium* quinquies per hebd. hora X—XI; 2) *Inſtitutiones iuris Romani* ſexies per hebd. hora XI—XII.

---

CAR. GUIL. ERN. HEIMBACH, D. 1) *Ius privatum Saxonicum et proceſſum civilem Saxonicum* ducibus libris ſuis: *Lehrbuch des particulären Privatrechts der zu den OAGerichten zu Jena und Zerbſt vereinten Staaten. Jena, Cröker* 1848. et: *Lehrbuch des ſächſ. bürgerlichen Proceſſes. Jena, Mauke* 1852. hora pomeridiana II quinis diebus *privatim* docebit.

THEOPH. CHRIST. SCHÜLER, D. *Ius criminale* docebit quotidie hora VII—VIII matut.

## 2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

HERMAN. SCHULZE, D. *privatim* docebit 1) *Principia iuris publici univerſalis et Germanici cum iure privato principum* ſexies per hebd. hor. VIII; 2) *Hiſtoriam iuris et imperii Germanici* quinquies per hebd. hora VII; 3) *Encyclopaediam et methodologiam iuris* quater per hebd. hora X.

FRIDERICUS DE HAHN, D. 1) *Iuris Germanici privati et feudalis doctrinam* ſecundum librum: *I. H. Hillebrand, Lehrbuch des heutigen gemeinen deutſchen Privatrechts, Leipzig* 1849, quotidie hora VIII *privatim* tradet; 2) *publice Ius mercaturae et cambiale*, quod in Germania obtinet, ter per hebd. docebit h. XII.

### 3. PRIVATIM DOCENTIUM.

ERNESTUS DE STOCKMAR, D. docebit *privatim* 1) *Ius publicum Germanicum* ſexies per hebd. hor. VIII; 2) *Encyclopaediam et methodologiam iuris* quater per hebd. h. X.

ALBERTUS KÖPPEN, D. *privatim* docebit 1) *Inſtitutiones iuris Romani* ſenis dd. hor. XI—XII; 2) *Hiſtoriam iuris Romani* quinis dd. hor. IX—X; 3) *Encyclopaediam et methodologiam iuris* quaternis dd. hor. X—XI.

HERMAN. ORTLOFF, D. *Doctrinam proceſſus criminalis* explicabit hor. VIII antemerid. quater per hebd.

---

## III. ORDINIS MEDICORUM

### 1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DITERICUS GEO. KIESER, D. *privatim* tradet 1) *Pathologiam et Therapiam tam generalem quam ſpecialem morborum pſychicorum*, ternis p. hebd. diebus hor. XII—I. 2) *Exercitationes clinicas pſychiatericas* in Noſocomio Magniducali pſychiaterico, coniunctas cum *Exercitationibus pſychiaterico-forenſibus*, dirigere perget binis per hebd. diebus hora XII.

AEM. HUSCHKE, D. *privatim* 1) *Phyſiologiam corporis humani generalem et ſpecialem demonſtrationibus et experimentis* illuſtratam quinquies p. h. hora XI docebit et *gratis* 2) *Praxeos anatomico-phyſiologicae p. I* cum *praelectionibus phyſiologicis* coniunctam h. adhuc definiendis cum exc. *Ludwigio* moderabitur.

A. SIEBERT, D. *privatim* 1) *Pathologiam et Therapiam tam generalem quam ſpecialem* quotidie hora IX tradet; 2) *Scholas clinicas medicas* in noſocomio Magniducali quotidie h. X moderabitur.

F. RIED, D. *privatim* 1) *Scholas clinicas chirurgicas et ophthalmiatricas* in noſocomio Magniducali quotidie hor. XI moderabitur; 2) *Chirurgiam practicam* (Akiurgiam cum Akologia et Desmologia) quotidie h. VI docebit; 3) *Curſum operationum in cadaveribus* inſtituet (h. II).

EDUARD. MARTIN, D. *privatim* 1) *Theoriam artis obſtetriciae* quinquies per hebd. h. IV—V docebit; 2) *Scholas clinicas obſtetricias et ſtationarias* in lechodochio Magniducali et *ambulatorias* hora VI—VII moderabitur.

M. I. SCHLEIDEN, D. tradet *privatim* 1) *Botanicen* ſexies per hebd. hora IX—X; 2) *Cognitionum plantarum* uſui medico-pharmaceutico inſervientium ſecundum ordines naturales plantarum coniunctis *exercitationibus analyticis* ſexies hora X—XI; 3) *publice Excurſiones* in agro Ienenſi et *Demonſtrationes* in horto botanico Magniducali moderabitur; *privatiſſime* 4) *Exercitationes phytotomicas* et *phyſiologicas* inſtituti phyſiologici moderari perget.

XAVER. SCHOEMAN, D. *privatim* docebit 1) *Iamatologiam chirurgicam (Acilogiam, Aciurgiam* et *Desmologiam)*, cum exercitationibus practicis in arte operationes chirurgicas inſtituendi faſciasque chirurgicas applicandi coniunctam, quotidie hora VII—VIII; 2) *Pharmacologiam* ſecundum librum ſuum: *Lehrbuch der Arzneimittellehre, Jena, b. Fr. Mauke* 1853, hora VIII—IX; *publice* 3) *Artem formulas medicas praeſcribendi* ſecundum librum ſuum: *Lehrbuch der Receptirkunſt für Aerzte, Jena bei Fr. Mauke* 1854, hora poſthac indicanda.

OTTOMARUS DOMRICH, D. docebit *privatim* 1) *Phyſiologiam* corporis humani *experimentalem* hor. XI—XII et XII—I. 2) *Anatomiam nervorum* ex praeparatis inſtituti phyſiologici bis per hebd. hor. XII—I. 3) *Hiſtologiam phyſiologicam* et *Anatomiam* organorum *microſcopicam* hor. VII—VIII. 4) *Exercitationes phyſiologicas et microſcopicas* in inſtituto phyſiologico ſolito more moderari perget.

## 2. PRIVATIM DOCENTIUM.

HENRICUS SUCKOW, D. tradet 1) *privatim Pathologiam et Therapiam generalem* quater per hebd.; 2) *privatiſſime Pathologiam et Therapiam ſpecialem* ſexies per hebd.

L. SCHILLBACH, D. 1) de *Curvaturis corporis humani* atque *elementis orthopaediae* bis per hebd. h. VII—VIII differet; 2) *Desmologiam* una cum exercitationibus deligationes applicandi tradet bis per hebd. h. V—VI.

---

# IV. ORDINIS PHILOSOPHORUM

## 1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

CAR. FRIDER. BACHMANN, D. *privatim Ius naturae* explicabit trinis diebus hor. XII. *Pſychologiam* et *Logicam* exponet quaternis diebus hor. III—IV. *Metaphyſicam* docebit trinis diebus hor. IV—V et *Philoſophiam religionis* binis diebus hor. IV—V tradet.

ERNESTUS REINHOLD, D. *Metaphyſicam* tradet eiusmodi ut huius diſciplinae praecepta ter p. h. exponat diebus Lunae, Martis et Mercurii, *Converſatorium* vero de illa bis p. h. eadem hora diebus Iovis et Veneris inſtituat.

CAR. GUIL. GOETTLING, D. *privatim* 1) tradet *Archaeologiam artium* i. e. architecturae, ſculpturae, picturae, quater per hebd. hor. III; 2) *Aeſchyli Perſas* enarrabit hor. IX; 3) Exercitationes ſeminarii philologorum moderari perget hor. V.

FRID. TH. SCHULZE, D. *privatim Oeconomiam politicam (Finanzwiſſenſchaft) et encyclopaediam diſciplinarum cameralium* quater per hebd. hor. IX exponet; *privatiſſime* vero in ſchola georgica 1) *Agriculturam* quater per hebd. hor. XI, 2) *praediorum aeſtimationem* docebit, nec non 3) itinera et exercitia ad agriculturam diſcendam pertinentia moderari perget.

CAROLUS SNELL, D. tradet *privatim* 1) *Calculum differentialem et integralem* ſexies per hebd. hor. XII; 2) *Electrodynamicae partem alteram* ter p. h. hora poſthac definienda.

IO. GUST. STICKEL, D. *privatim* 1) *Pſalmos* interpretabitur h. VII—VIII; 2) *Antiquitates biblicas cum Geographia et Hiſtoria ſacra* quinquies per hebd. h. IV—V enarrabit; *publice* 3) *Scriptorum Arabicorum curſum* docebit alterum et 4) *Syriacam linguam;* 5) *Seminarium ſuum orientale* moderari perget.

IO. GUST. DROYSEN, D. *privatim* 1) *Hiſtoriam aevi recentioris* inde a medio ſaeculo XVIII quinis per hebd. lectionibus h. IV—V enarrabit. 2) *Hiſtoriam antiquam* quaternis p. h. lectionibus hora XII—I docebit. *Publice exercitationes ſocietatis hiſtoricae* continuabit.

CAROLUS NIPPERDEY, D. 1) *Hiſtoriam litterarum Romanarum* tradet, quinis dd. hor. XI *privatim*; 2) itemque *privatim Perſii Satiras* explicabit, binis dd. h. XII; 3) *Exercitationes ſeminarii philologici* moderari perget.

CAR. HERM. SCHEIDLER, D. tradet *publice Hodegeticam* (duce libro ſuo: *„Grundlinien der Hodegetik oder Methodik des akad. Studiums und Lebens* (3. *Ausg. Jena* 1847, *b. Cröker)*“ bis per hebd. hor. adh. defin.; *privatim* 1) *Ius naturae* adhib. libb. ſſ.: *„Über die verſchiedenen Anſichten des Naturrechts, (Jena* 1836 *b. Hochhauſen)*“ et *„Deutſcher Juriſtenſpiegel*“ *(Jena* 1842 *b. Cröker)* ter p. hebd. h. X—XI; 2) *Politicam philoſophicam* et *conſtitutionalem* duce lib. ſ.: *„Handbuch der philoſ. u. conſtitut. Politik Heft I u. II (Jena* 1851 *b. Bran)*,“ ter per hebd. hor. X—XI; 3) *Paedagogicam popularem* (uti vocatur) et *politicam* (*Volks- und Staatspädagogik*) adhib. lib. ſ.: *„Beiträge zur Volks- und Staatspädagogik, Jena* 1847 *bei Bran*“*)* ter p. hebd. hor. adh. defin.

GUSTAV. SUCKOW, D. *publice* excurſiones et itinera inſtituet ad cognoſcenda varia terrarum ſtrata; *privatim* tradet 1) quinquies per hebdomadem hor. VII—VIII *Mineralogiam generalem* una cum demonſtrationibus in Muſeo mineralogico Magniducali inſtituendis; 2) ſexies per hebd. hor. VIII—IX *Chemiam corporum anorganicorum experimentalem*, ad librum ſuum: *Lehrbuch der theoretiſchen und praktiſchen Chemie, Jena* 1851; 3) quater per hebd. hor. XI—XII *Geologiam* ſ. de lapidum ſaxorumque coortu et transformatione doctrinam, adhibenda editione ſecunda libri ſui: *die Verwitterung im Mineralreiche, Leipzig* 1855. *Privatiſſime Exercitationes chemicas* in laboratorio moderabitur.

GUST. SCHUELER, D. docebit *privatim* 1) *Mineralogiam generalem et Geognoſiam* quinquies per hebd. hor. VII—VIII; 2) *Technologiam* tam *mechanicam* quam *chemicam* quater per hebd. hor. XI—XII.

GUST. EDUARD. FISCHER, D. *privatim* docebit 1) *Politicam* quinis diebus hor. II—III; 2) *Politiam (Polizeiwiſſenſchaft)* ter per hebd. hor. V—VI. Exercitationes *ſeminarii politici* die Martis hor. veſp. VI—VIII moderari perget. Scholas *publicas* ſuo loco et tempore indicabit.

ERNESTUS FRIDERICUS APELT, D. *privatim* tradet 1) *Pſychologiam et Logicam* quater per hebd. hora III—IV; 2) *Converſatorium philoſophicum* commilitonibus offert.

ERNESTUS SCHMID, D. 1) *privatim* docebit *Chemiam generalem* hora VIII—IX ſen. per hebd. d.; 2) *privatiſſime Exercitationes chemicas* in inſtituto phyſiologico ſolito more moderari perget.

## 2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

LUD. SCHRÖN, D. *privatim* 1) *Elementa matheſis purae* quinis diebus hora X—XI; 2) *Aſtronomiam popularem*, apparatum ſpeculae aſtronomicae Magniducalis adhibiturus, quaternis diebus hor. III—IV; *privatiſſime* 3) *Geometriam practicam* quaternis diebus hor. I—II cum exercitationibus ope inſtrumentorum obſervatorii Magniducalis atque ſuorum foris inſtituendis et 4) *Aſtronomiae practicae partem theoreticam* vel uſus inſtrumentorum ſpeculae aſtronomicae Magniducalis atque reductionis (quae dicitur) theoriam ter per hebd. hor. IX—X docebit.

CHRIST. ED. LANGETHAL, D. *privatiſſime* 1) *Botanicen oeconomicam et Phyſiologiam plantarum* ſexies per hebd. hora VII—VIII; 2) *Doctrinam de agrorum pratorumque natura* hora V—VII ſcholae georgicae ſodalibus tradet et 3) *Excurſiones et Demonſtrationes in agro Ienenſi* inſtituet.

GUIL. FR. WILIBALD. ARTUS, D. docebit *privatim* 1) *Chemiam generalem* experimentis idoneis illuſtrandam, duce libro ſuo „*Lehrbuch der Chemie*, 2. *Aufl. Leipz.* 1851“ hora VIII—IX; 2) *Pharmaciam* una cum Pharmacognoſia artemque formulas concinnandi et *praeparandi* ducibus libris ſuis „*Handbuch d. Pharmacie, Eiſenach*“ et „*Receptirkunſt, Braunſchweig* 1854“ horis commilitonibus commodis. *Privatiſſime* 3) *Chemiam analyticam* hora poſthac definienda; 4) *Exercitationes analyticas* in laboratorio ſuo; 5) *Repetitoria* et *Examinatoria* de omnibus chemiae et pharmaciae partibus, ducibus libris ſuis „*Examinatorium über pharmaceutiſche Chemie, Weimar* 2. *Aufl.*“ et „*Examinatorium über pharmaceutiſche Waarenkunde, Weimar* 2. *Aufl.*“ ſolito more moderari perget.

CAROLUS VOLKMAR STOY, D. 1) *privatim* exponet de *Diſciplinae paedagogicae encyclopaedia et literis* ter p. hebd. h. III—IV; 2) *Seminarii paedagogici exercitationes* moderabitur horis conſuetis.

CAROLUS FORTLAGE, D. *publice Syſtemata philoſophorum a Kantio inde* exponet dd. Mart. et Ven. hor. V; *privatim Pſychologiam et Logicam* docebit quater p. hebd. hora III.

ERNESTUS ADOLFUS HERRMANN, D. 1) *privatim* leget *Hiſtoriam univerſalem recentiorem inde ab a.* 1763 *usque ad a.* 1815 quater per hebd.; 2) *publice Hiſtoriam Poloniae inde ab a.* 1763 *usque ad a.* 1795 enarrabit diebus Martis et Veneris hora III—IV.

IO. ERNEST. LUD. FALKE, D. docebit *privatim* 1) *Politiam veterinario-medicam*, 2) *animalium domeſtic. Diaeteticen; privatiſſime* ſcholae georgicae ſodales 3) *Hippologiam*, 4) *Pathologiam et Therapiam ſpecialem veterinariam.*

EDUARDUS OSCARUS SCHMIDT, D. docebit 1) *privatim Zoologiam* quater per hebd. hor. XI—XII; 2) *publice Entomologiam* ſemel per hebd.; 3) *privatiſſime* ſed *gratis exercitationes zootomicas* moderabitur quaternis per hebd. horis.

CAROL BERNHARD. STARK, D. 1) *privatim Euripidis Medeam* interpretabitur ter p. hebd. hor. XII—I; 2) *publice Archaeologiam chriſtianam* ſive artium medii aevi hiſtoriam enarrabit ter per hebd. h. III—IV. 3) *Monumenta* quae in muſeo archaeologico aſſervantur explicabit bis p. hebd. hora XII—I.

F. X. WEGELE, D. *privatim* exponet *Hiſtoriam hiſtoriographiae Germanorum*, quinque per hebd. h. III. — *Publice* a) enarrabit *hiſtoriam Thuringiae*, bis per hebd. hora V, diebus Martis et Veneris; b) *Propaedeuticam hiſtoricam* exponet, ſemel per hebd. hor. V die Iovis.

R. DE LILIENCRON, D. 1) *publice Wolframi epos Parzival inſcriptum* interpretabitur diebus Lunae, Martis hora XI—XII; 2) item *publ. Beovulfum* dieb. Iovis, Veneris, h. XI—XII. 3) *Privatim grammaticen linguae thiudiscae* explicabit dieb. Lunae, Martis, Iovis h. VIII—IX. 4) *Privatiſſime* et *gratis Exercitationes* moderari perget.

HERMANNUS LUDWIG, D. *privatim* tradet 1) *Chemiam forenſem*, die Saturni h. XI—XII. 2) *Scholas chemicas practicas* hora VIII—XII (nec non horis pomeridianis) in laboratorio chemico inſtituti chemico-pharmaceutici quotidie moderabitur; *privatiſſime* in inſtituto chemico-pharmaceutico docebit 3) *Phytochemiae* part. alteram una cum *Pharmacognoſia chemica* ter per hebd. diebus Lunae, Mercurii et Iovis hora II—III; 4) *Zoochemiam* dieb. Lunae, Mercurii et Iovis hor. XI—XII; 5) *Exercitationes analytico-chemicas et chemico-pharmaceuticas practicas* in laboratorio chemico diebus Martis et Veneris hor. II—IV vel V moderari perget. Conventus *ſocietatis pharmaceutico-phyſicae Ienenſis* die Lunae agentur.

## 3. PRIVATIM DOCENTIUM.

CONSTANTINUS ROESSLER, D. *privatim Philoſophiam reipublicae et iuris* docebit quater p. h. hora XI—XII.

C. I. P. HERM. SCHAEFFER, D. docebit *privatim* 1) *Analyticam geometriam* quater per hebd. hora III—IV; 2) *Phyſicen experimentalem* ſexies p. hebd. hora X—XI; *gratis* 3) *de hiſtoria et conſtructione machinarum vi vaporis motarum* d. Mercurii hora XII—I; *privatiſſime* ſed *gratis* 4) *Exercitationes mathematicas* hora poſthac definienda moderabitur.

# ARTIUM LIBERALIUM DISCENDARUM OPPORTUNITAS.

*Philippus Fridericus Iuſtus Sieber*, hippodromi magniducalis magiſter, artem equitandi per aeſtatem diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris horis matutinis VI—XII, poſtmeridianis V—VII, per hibernum ſemeſtre horis matutinis VIII—XII et poſtmeridianis II—IV tradet.

Armorum tractandorum artem publica auctoritate docebit *Frid. Aug. Guil. Ludov. Roux.*

Artem quaecumque corpora et oleatis et aquaticis et ſiccis pigmentis, atque in primis, in medicinae ſtudioſorum utilitatem, res anatomicas, phyſiologicas et pathologicas ad naturam delineandi pingendique docebit D. *Erneſtus Schenk*, picturae linearis magiſter publice conſtitutus. Artem pingendi etiam *Fridericus Ries* tradet.

Qui ſonorum ſtudiis nervorumque ac tibiarum cantu delectantur, hasque artes perdiſcere cupiunt, iis operam ſuam ſpondet *Guilielm. Stade*, academic. ſymphoniarum praefectus.

*Georg. Franc. Adolph. Beſemann* artem docebit inſtrumenta anatomica et chirurgica fabricandi.

*Ioannes Fridericus Braunau* officia ſua offert iis, qui inſtrumenta phyſica conſtruendi artem addiſcere cupiunt; nec minus lentium vitrearum opticarum elaborationem, earumque coniunctionem docebit.

*Albert. de Obſtfelder* artem ſaltandi docebit.

*Joh. Gottfr. Wieſsner*, geometra publicus, artem tabulas gromaticas adumbrandi (*Plan- und Situationszeichnung*) docebit.

# INSTITUTA PUBLICA.

*Bibliotheca academica* libros petentibus in uſus domeſticos quotidie patet hora XI—XII et hora I—II diebb. Mercurii et Saturni.

*Hortus botanicus Magniducalis* quolibet ſeptimanae die apertus eſt litterarum ſtudioſis.

*Laboratorium chemicum inſtituti chemico-pharmaceutici*, qui viſere volet, huic inſtituto praefectum adibit. *Collectionum rerum* et *librorum* ad ſtudium pharmacognoſiae, pharmaciae atque chemiae ſpectantium inſtituti chemico-pharmaceutici ſodalibus h. l. q. conſuetis poteſtas facta eſt.

*Muſeum mineralogico-zoologicum Magniducale*, item *Speculam aſtronomicam Magniducalem* et *Muſeum anatomicum* qui viſere volet, his inſtitutis praefectos adibit.

*Muſeum archaeologicum* quovis Mercurii die h. XI—I viſentibus aperitur.

*Muſeum numorum orientalium Magniducale* hora viſentibus commoda aperitur.

## *Theologicae.*

Introd. in V. T. D. *Hoffmann.*

Ieſaiam D. *Hoffmann.*
Pſalmos D. *Stickel.*

Epiſt. ad Theſſ., Gal. et Corinth. D. *Rückert.*
Evangg. Matth. Marc. Luc. D. *Grimm.*
Evangg. Matth. Marc. Luc. Lic. *Hilgenfeld.*

Theol. eccleſ. D. *Rückert.*

Hiſt. eccleſ. p. I D. *Haſe.*
Sciograph. hiſt. eccleſ. Lic. *Vogel.*

Art. catech. et theol. paſtor. D. *Schwarz.*
Exegeſ. pract. bis D. *Schwarz.*
Sem. catech. d. Sat. D. *Schwarz.*
Encycl. et method. D. *Grimm.*

Sem. homil. d. Merc. D. *Schwarz.*

Matth. Marc. Luc. bis D. *Grimm.*

Hiſt. dogmat. Lic. *Hilgenfeld.*

## *Philoſophicae.*

Mineral. etc. D. *Suckow.*
Mineral. et geognoſ. D. *Schüler.*
Botan. oec. etc. D. *Langethal.*

Chemiam general. D. *Suckow.*
Chemiam gen. D. *Schmid.*
Chem. general. D. *Artus.*
Gramm. thiudisc. D. *de Liliencron.*
Schol. chem. pract. D. *Ludwig.*

Aeſchyli Perſas D. *Göttling.*
Oecon. polit. etc. D. *Schulze.*
Aſtron. pract. D. *Schrön.*
Schol. chem. pract. D. *Ludwig.*

Ius nat. ter D. *Scheidler.*
Politicam ter D. *Scheidler.*
Matheſ. pur. D. *Schrön.*
Schol. chem. pract. *D. Ludwig.*
Phyſic. experim. D. *Schäffer.*

Agricult. D. *Schulze.*
Hiſt. literatur. rom. D. *Nipperdey.*
Geolog. D. *Suckow.*
Technol. D. *Schüler.*
Zoolog. D. *Schmidt.*
Wolfr. Parciv. bis D. *de Liliencron.*
Beovulf. bis D. *de Liliencron.*
Chem. forenſ. d. Sat. D. *Ludwig.*
Schol. chem. pract. D. *Ludwig.*
Zoochem. bis D. *Ludwig.*
Philoſ. reip. et iur. D. *Röſsler.*

Ius naturae ter D. *Bachmann.*
Calcul. different. et integr. D. *Snell.*
Hiſt. antiquam D. *Droyſen.*
Perſii ſatiras bis D. *Nipperdey.*
Eurip. Med. ter D. *Stark.*
Explic. monum. arch. bis D. *Stark.*
De machin. vapor. d. Merc. D. *Schäffer.*

Geometr. pract. D. *Schrön.*

Politic. D. *Fiſcher.*
Phytochem. etc. D. *Ludwig.*
Exercc. chem.-anal. D. *Ludwig.*

Pſychol. et Logic. D. *Bachmann.*
Archaeol. D. *Göttling.*
Pſychol. et Logic. D. *Apelt.*
Aſtron. popul. D. *Schrön.*
Encycl. paedag. D. *Stoy.*
Pſychol. et Logic. D. *Fortlage.*

# SCHOLAE ORDINE CHRONOLOGICO DESCRIPTAE

| | *Theologicae.* | *Iuridicae.* | *Medicae.* | *Philoſophicae.* |
|---|---|---|---|---|
| **Hora VI — VII.** | Introd. in V. T. D. *Hoffmann.* | | Chirurg. pract. D. *Ried.* | |
| **Hora VII — VIII.** | Ieſaiam D. *Hoffmann.*<br>Pſalmos D. *Stickel.* | Ius criminal. D. *Luden.*<br>Ius crimin. D. *Schüler.*<br>Hiſt. iur. et imp. germ. D. *Schulze.* | Chirurg. pract. D. *Schöman.*<br>Hiſtol. phyſ. etc. D. *Domrich.*<br>Curvatur. corp. etc. bis D. *Schillbach.* | Mineral. etc. D. *Suckow.*<br>Mineral. et geognoſ. D. *Schüler.*<br>Botan. occ. etc. D. *Langethal.* |
| **Hora VIII — IX.** | Epiſt. ad Theſſ., Gal. et Corinth. D. *Rückert.*<br>Evangg. Matth. Marc. Luc. D. *Grimm.*<br>Evangg. Matth. Marc. Luc. Lic. *Hilgenfeld.* | Ius germ. privat. D. *Michelſen.*<br>Ius germ. priv. et feud. D. *Luden.*<br>Ius public. etc. D. *Schulze.*<br>Ius germ. priv. et feud. D. *de Hahn.*<br>Ius publ. germ. D. *de Stockmar.*<br>Proceſſ. criminal. D. *Ortloff.* | Pharmacol. D. *Schöman.* | Chemiam general. D. *Suckow.*<br>Chemiam gen. D. *Schmid.*<br>Chem. general. D. *Artus.*<br>Gramm. thiudisc. D. *de Liliencron.*<br>Schol. chem. pract. D. *Ludwig.* |
| **Hora IX — X.** | Theol. eccleſ. D. *Rückert.* | Ius gentium ter D. *Michelſen.*<br>Ius feudale bis D. *Michelſen.*<br>Hiſt. iur. rom. D. *Danz.*<br>Hiſt. iur. rom. D. *Köppen.* | Pathol. et therap. ſpec. D. *Siebert.*<br>Botanicen D. *Schleiden.* | Aeſchyli Perſas D. *Göttling.*<br>Oecon. polit. etc. D. *Schulze.*<br>Aſtron. pract. D. *Schrön.*<br>Schol. chem. pract. D. *Ludwig.* |
| **Hora X — XI.** | Hiſt. eccleſ. p. I D. *Haſe.*<br>Sciograph. hiſt. eccleſ. Lic. *Vogel.* | Ius haeredit. D. *Leiſt.*<br>Encycl. et method. iur. D. *Schulze.*<br>Encycl. et method. iur. D. *de Stockmar.*<br>Encycl. et method. iur. D. *Köppen.* | Schol. clin. med. D. *Siebert.*<br>Botan. med.-pharm. D. *Schleiden.* | Ius nat. ter D. *Scheidler.*<br>Politicam ter D. *Scheidler.*<br>Matheſ. pur. D. *Schrön.*<br>Schol. chem. pract. D. *Ludwig.*<br>Phyſic. experim. D. *Schäffer.* |
| **Hora XI — XII.** | Art. catech. et theol. paſtor. D. *Schwarz.*<br>Exegeſ. pract. bis D. *Schwarz.*<br>Sem. catech. d. Sat. D. *Schwarz.*<br>Encycl. et method. D. *Grimm.* | Proceſſ. civil. D. *Guyet.*<br>Inſt. iur. D. *Leiſt.*<br>Inſt. iur. D. *Köppen.* | Phyſiol. c. hum. D. *Huſchke.*<br>Schol. clin. chirurg. D. *Ried.*<br>Phyſiolog. D. *Domrich.* | Agricult. D. *Schulze.*<br>Hiſt. literatur. rom. D. *Nipperdey.*<br>Geolog. D. *Suckow.*<br>Technol. D. *Schüler.*<br>Zoolog. D. *Schmidt.*<br>Wolfr. Parciv. bis D. *de Liliencron.*<br>Beovulf. bis D. *de Liliencron.*<br>Chem. forenſ. d. Sat. D. *Ludwig.*<br>Schol. chem. pract. D. *Ludwig.*<br>Zoochem. bis D. *Ludwig.*<br>Philoſ. reip. et iur. D. *Röſsler.* |
| **Hora XII — I.** | Sem. homil. d. Merc. D. *Schwarz.* | Proceſſ. civil. bis D. *Guyet.*<br>Exercc. proceſſ. ter D. *Guyet.*<br>Ius mercat. et camb. ter D. *de Hahn.* | Morb. pſych. ter D. *Kieſer.*<br>Schol. clin. pſych. bis D. *Kieſer.*<br>Phyſiol. D. *Domrich.*<br>Anat. nerv. bis D. *Domrich.* | Ius naturae ter D. *Bachmann.*<br>Calcul. different. et integr. D. *Snell.*<br>Hiſt. antiquam D. *Droyſen.*<br>Perſii ſatiras bis D. *Nipperdey.*<br>Eurip. Med. ter D. *Stark.*<br>Explic. monum. arch. bis D. *Stark.*<br>De machin. vapor. d. Merc. D. *Schäffer.* |
| **Hora I — II.** | | | | Geometr. pract. D. *Schrön.* |
| **Hora II — III.** | Matth. Marc. Luc. bis D. *Grimm.* | Ius et proceſſ. ſax. D. *Heimbach.* | Curſ. operat. chirurg. D. *Ried.* | Politic. D. *Fiſcher.*<br>Phytochem. etc. D. *Ludwig.*<br>Exercc. chem.-anal. D. *Ludwig.* |
| **Hora III — IV.** | Hiſt. dogmat. Lic. *Hilgenfeld.* | | | Pſychol. et Logic. D. *Bachmann.*<br>Archaeol. D. *Göttling.*<br>Pſychol. et Logic. D. *Apelt.*<br>Aſtron. popul. D. *Schrön.*<br>Encycl. paedag. D. *Stoy.*<br>Pſychol. et Logic. D. *Fortlage.* |

| Hora | *Theologicae.* | *Iuridicae.* | *Medicae.* | *Philoſophicae.* |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| **Hora III—IV.** | | | | Hiſt. Polon. bis D. *Herrmann.*<br>Archaeol. chriſt. D. *Stark.*<br>Hiſt. hiſtoriogr. germ. D. *Wegele.*<br>Exercc. chem.-analyt. D. *Ludwig.*<br>Geom. analyt. D. *Schäffer.* |
| **Hora IV — V.** | Hiſt. monachat. Lic. *Vogel.*<br>Antiqq. biblicas D. *Stickel.* | | Art. obſtetr. D. *Martin.* | Metaphyſ. ter D. *Bachmann.*<br>Relig. philoſ. bis D. *Bachmann.*<br>Hiſt. inde a ſec. XVIII med. D. *Droyſen.* |
| **Hora V — VI.** | | | Desmolog. bis D. *Schillbach.* | Semin. philol. D. *Göttling.*<br>Politiam D. *Fiſcher.*<br>De agris et pratis D. *Langethal.*<br>Hiſt. philoſ. recentiſſ. D. *Fortlage.*<br>Hiſt. Thuring. bis D. *Wegele.*<br>Propaed. hiſt. ſemel D. *Wegele.* |
| **Hora VI—VII.** | | | Schol. clin. obſtetr. D. *Martin.* | Semin. polit. d. Mart. D. *Fiſcher.*<br>De agris et pratis D. *Langethal.* |
| **Hora VII—VIII.** | | | | Sem. polit. d. Mart. D. *Fiſcher.* |
| **Hora VIII — IX.** | Sem. theol. d. Iov. D. *Haſe.* | | | |
| **Hora IX — X.** | Sem. theol. d. Iov. D. *Haſe.* | | | |
| **Horis poſthac indicandis.** | Schol. ſanſcr. D. *Hoffmann.*<br>Hidopadeſ. D. *Hoffmann.*<br>Script. ſyriac. D. *Hoffmann.*<br>Sem. theol. D. *Hoffmann* et D. *Rückert.*<br>Chryſoſt. de ſacerdotio Lic. *Vogel.* | | Prax. anat. D. *Huſchke.*<br>Excurſ. botan. D. *Schleiden.*<br>Exercc. phytotom. et phyſiol. in inſt. phyſiol. D. *Schleiden.*<br>Art. form. med. conſcr. D. *Schöman.*<br>Exercc. phyſiol. et microſcop. in inſtit. phyſiol. D. *Domrich.*<br>Pathol. et therap. gen. D. *Suckow.*<br>Pathol. et therap. ſpec. D. *Suckow.* | Metaphyſ. c. converſat. D. *Reinhold.*<br>Praedior. aeſtimat. etc. D. *Schulze.*<br>Electrodyn. ter D. *Snell.*<br>Script. arab. D. *Stickel.*<br>Ling. ſyriac. D. *Stickel.*<br>Sem. orient. D. *Stickel.*<br>Societ. hiſt. D. *Droyſen.*<br>Hodeget. D. *Scheidler.*<br>Paedag. popul. D. *Scheidler.*<br>Excurſſ. D. *Suckow.*<br>Exercc. chem. D. *Suckow.*<br>Converſat. philoſ. D. *Apelt.*<br>Exercc. chem. in inſt. phyſ. D. *Schmid.*<br>Pharmac. D. *Artus.*<br>Chem. anal. D. *Artus.*<br>Exercc. anal. D. *Artus.*<br>Exam. chem. et pharm. D. *Artus.*<br>Sem. paedag. D. *Stoy.*<br>Hiſt. recentior. D. *Herrmann.*<br>Polit. veterin. med. D. *Falke.*<br>Diaetet. anim. domeſt. D. *Falke.*<br>Hippolog. D. *Falke.*<br>Path. et Therap. vet. D. *Falke.*<br>Entomol. D. *Schmidt.*<br>Exercc. zootom. D. *Schmidt.*<br>Exercc. thiudisc. D. *de Liliencron.*<br>Societ. pharm. phyſ. D. *Ludwig.*<br>Exercc. math. D. *Schäffer.* |

*Medicae.* — *Philoſophicae.*

II — IV.

Hiſt. Polon. bis D. *Herrmann.*
Archaeol. chriſt. D. *Stark.*
Hiſt. hiſtoriogr. germ. D. *Wegele.*
Exercc. chem.-analyt. D. *Ludwig.*
Geom. analyt. D. *Schäffer.*

V — V.

Art. obſtetr. D. *Martin.*

Metaphyſ. ter D. *Bachmann.*
Relig. philoſ. bis D. *Bachmann.*
Hiſt. inde a ſec. XVIII med. D. *Droyſen.*

V — VI.

Desmolog. bis D. *Schillbach.*

Semin. philol. D. *Göttling.*
Politiam D. *Fiſcher.*
De agris et pratis D. *Langethal.*
Hiſt. philoſ. recentiſſ. D. *Fortlage.*
Hiſt. Thuring. bis D. *Wegele.*
Propaed. hiſt. ſemel D. *Wegele.*

VI — VII.

Schol. clin. obſtetr. D. *Martin.*

Semin. polit. d. Mart. D. *Fiſcher.*
De agris et pratis D. *Langethal.*

II — VIII.

Sem. polit. d. Mart. D. *Fiſcher.*

III — IX.

IX — X.

c indicandis.

Prax. anat. D. *Huſchke.*
Excurſ. botan. D. *Schleiden.*
Exercc. phytotom. et phyſiol. in inſt. phyſiol. D. *Schleiden.*
Art. form. med. conſcr. D. *Schöman.*
Exercc. phyſiol. et microſcop. in inſtit. phyſiol. D. *Domrich.*
Pathol. et therap. gen. D. *Suckow.*
Pathol. et therap. ſpec. D. *Suckow.*

Metaphyſ. c. converſat. D. *Reinhold.*
Praedior. aeſtimat. etc. D. *Schulze.*
Electrodyn. ter D. *Snell.*
Script. arab. D. *Stickel.*
Ling. ſyriac. D. *Stickel.*
Sem. orient. D. *Stickel.*
Societ. hiſt. D. *Droyſen.*
Hodeget. D. *Scheidler.*
Paedag. popul. D. *Scheidler.*
Excurſſ. D. *Suckow.*
Exercc. chem. D. *Suckow.*
Converſat. philoſ. D. *Apelt.*
Exercc. chem. in inſt. phyſ. D. *Schmid.*
Pharmac. D. *Artus.*
Chem. anal. D. *Artus.*
Exercc. anal. D. *Artus.*
Exam. chem. et pharm. D. *Artus.*
Sem. paedag. D. *Stoy.*
Hiſt. recentior. D. *Herrmann.*
Polit. veterin. med. D. *Falke.*
Diaetet. anim. domeſt. D. *Falke.*
Hippolog. D. *Falke.*
Path. et Therap. vet. D. *Falke.*
Entomol. D. *Schmidt.*
Exercc. zootom. D. *Schmidt.*
Exercc. thiudisc. D. *de Liliencron.*
Societ. pharm. phyſ. D. *Ludwig.*
Exercc. math. D. *Schäffer.*